

SUPPLEMENTO SPECIALE DEL BOLLETTINO UFFICIALE

PER LA CONSULTAZIONE DELLA SOCIETÀ REGIONALE

Iniziative legislative, regolamentari, amministrative di rilevante importanza

Pubblicazione ai sensi dell'articolo 50 "Iniziativa legislativa" dello Statuto della Regione Emilia-Romagna

VIII Legislatura

N. 24

3 agosto 2005

PROGETTO DI LEGGE

D'INIZIATIVA DEI CONSIGLIERI AIMI, BIGNAMI, BARTOLINI, RENZI

INTERVENTI REGIONALI A FAVORE DELL'ISTITUZIONE DI CORSI DI LINGUA E CIVILTÀ LATINA

Oggetto consiliare n. 323

RELAZIONE

Una lingua è il risultato della storia e della cultura di una società.

Il latino è il più alto e complesso simbolo della nostra identità culturale e religiosa, radice profonda dell'Italia e dell'Europa, insostituibile veicolo di trasmissione dei saperi ed orizzonte d'una plausibile convivenza pacifica fra popoli diversi.

Per questo negli ultimi anni, in tutto il mondo occidentale, si sta assistendo alla rinascita degli studi classici ed in particolare del latino. E questo non solo nei Paesi europei di origine neolatina, ma in tutta Europa e negli Stati Uniti d'America, dove vi è un grande fervore di ricerche e di studi.

La riscoperta del valore delle lingue classiche è dunque chiave indispensabile di lettura di tutte le scienze formative, rivalutazione del senso storico, recupero del rapporto di continuità con il passato e difesa della Memoria storica, senza la quale non esiste conoscenza né identità.

L'insegnamento del latino infatti incrementa e sviluppa le possibilità di accesso a tutto il patrimonio umanistico che è parte fondamentale della nostra cultura.

Una maggiore capacità di riflessione sulla lingua e di formalizzazione delle strutture linguistiche e una migliore capacità critica - per quanto riguarda lessico, sintassi e morfologia - favoriscono anche la produzione in italiano, soprattutto per quanto riguarda l'organizzazione e la strutturazione del discorso.

In una società che si presenta sempre più informatizzata, il latino non deve essere più considerato una lingua dotta ed elitaria, ma una lingua viva, in grado di trasmettere capacità logico-linguistiche e di ampliare l'educazione culturale di ognuno di noi.

Riscoprire il valore della cultura umanistica attraverso l'apprendimento del latino significa dare significato alle parole che quotidianamente usiamo, approfondire ed arricchire la conoscenza della lingua italiana.

Questo progetto di legge dunque si propone di ridare vigore al patrimonio umanistico, linguistico e culturale della lingua e della civiltà latina, mediante un finanziamento regionale finalizzato all'istituzione di corsi di lingua e di civiltà latina, a favore di scuole, istituzioni pubbliche e private, associazioni culturali ed enti di formazione.

I crediti acquisiti partecipando ad un corso di lingua latina, verificati e certificati dall'ente che eroga il corso stesso (circoli, associazioni, etc.) saranno spendibili dai corsisti all'interno del proprio percorso formativo.

RELATIO

Linguae ex historia cultuque civili populorum proficiscuntur.

Lingua latina nimirum nostri cultus civilis religionisque vivax est et expressa imago, italiae europaeque alta ac firma radix, singulare instrumentum quo multarum rerum scientia traditur, templum denique quoddam in quo populi diversi concordia et pace probabiliter conversantur.

Haec est causa cur in mundi plaga ad occasum vergente his nostris temporibus denuo vigere coeperint quum litterarum tum et linguae latinae studia, neque solum apud gentes, quarum sermo neolatinus est, verum etiam in tota Europa atque in ipsis foederatis americae civitatibus multum industriae ponitur in antiquis linguis discendis inquirendis.

Quanti vero momenti sit latine atque graece scire est in aperto: utriusque enim linguae scientia cunctas disciplinas perdiscimus, quibus ad humanitatem informari solemus; subtilius atque curiosius historias legimus atque intellegimus; memoriam antiquitatis colligimus custodimus complectimur, sine qua nulla rerum cognitio, nulla sui ipsius perceptio.

Qui enim latine docetur, ei est integrum proxime ad litteras et artes accedere, quae ab antiquitate quasi fundamenta humanitati nostrae praeclare iacta sunt.

Qui vero cogitatione linguam latinam comprehendit et usu exercet, non modo in syntaxi morphologia lexico tractandis acrioris fit iudicii, sed etiam scribens vel loquens italice, apta verborum structura totam orationem contexere assuescit.

Quo autem plures hac nostra aetate in artibus informaticis versantur, eo minus lingua latina quasi electi eruditique gregis sermo proprius existimari debet: immo vero ea est habenda quasi vox in ore hominum denuo resonans, qua ratiocinandi dicendique facultates docemur et ad humanitatem large liberaliterque informamur.

Etenim vero latine discantibus nobis non solum litterarum artiumque ingenuarum praestantia facile agnoscitur, sed verborum quoque vis, quibus utimur cotidie, elucet et sermo ipse patrius ditatur.

Quae quum ita sint, legem rogamus, quae eo spectat ut denuo eruatur litterarum thesaurus qui nobis ab antiquitate latina hereditate venit; itaque aerarii regionis pecuniam suppeditare decrevimus in ludos, instituta seu publica seu privata, circulos atque consociationes eruditorum, sodalicia hominibus formandis, quaecumque scholas de lingua cultuque latino aperuerint.

Illis qui eiusmodi scholas audierunt, credita scholastica, ut aiunt, conceduntur, quorum existimationem ipsum institutum vel sodalicium, quod scholas habuit, tuetur; quae quidem credita discipuli in cuiusque curriculo studiorum solvere possunt.

PROGETTO DI LEGGE**Art. 1**
Oggetto

La presente legge disciplina gli interventi della Regione a favore dell'istituzione di corsi di lingua e civiltà latina.

Art. 2
Obiettivi

Gli obiettivi di cui all'articolo 1 della presente legge sono:

- ravvivare l'interesse per il latino, radice primaria dell'identità europea, archivio culturale e scientifico ed efficace strumento d'interpretazione e di resistenza alla banalizzazione globale;
- recuperare la tradizione umanistica, l'identità culturale e religiosa e le radici profonde dell'Italia e dell'Europa;
- approfondire ed arricchire la conoscenza della lingua italiana;
- sviluppare le capacità logico-linguistiche;
- accrescere la formazione umana e culturale;
- potenziare un metodo analitico di studio e le capacità di sintesi attraverso un lavoro organico e sistematico tale da avvantaggiare lo studio di tutte le discipline;
- acquisire un credito formativo.

Art. 3
Funzioni della Regione

La Regione concede contributi finalizzati all'istituzione di corsi di lingua e di civiltà latina.

Il piano annuale dei finanziamenti viene predisposto dalla Giunta regionale, su proposta dell'Assessore dell'istruzione, entro 60 giorni dalla scadenza del termine di presentazione delle domande da parte dei beneficiari.

Il Consiglio regionale approva il piano dei finanziamenti e le eventuali modifiche ed integrazioni.

Art. 4
Beneficiari

I beneficiari dei contributi di cui alla presente legge sono scuole, istituti pubblici e privati, circoli e associazioni culturali, enti di formazione che istituiscano al proprio interno corsi di lingua e di civiltà latina.

LEGEM ROGAMUS**Caput I**
Res da qua agitur

Hac lege temperantur atque ordinantur regionis sumptus auxilia beneficia ad scholas de lingua cultuque latino aperiendas.

Caput II
Legis fines qui sint

Eo pertinet haec lex:

- ut studia civium suscitentur erga linguam latinam, quippe quae radix sit praecipua unius eiusdemque europaeorum cultus, tum eruditionem doctrinam multarumque rerum scientiam quasi tabularium contineat, efficiat denique ut ex veritate aestimemus et contra tritas vulgi opiniones, quae in consuetudinem inciderunt, pugnemus;
- ut mos revocetur eruditorum, qui aetate renatarum artium floruerunt, et humanus civilisque et dei cultus, in quem radices quum itali tum et europaei cuncti altius agere videntur, retineatur;
- ut penitus animo comprehendatur, pernoscatur italarum sermo;
- ut cuique facultas ratiocinandi dicendique largius supeditetur;
- ut detur cuivis copia sese ad humanitatem formandi;
- ut ratio quum explicate tum summatim discendi firmioribus argumentis exponatur, qua studia et artes, quae sunt ceteris disciplinis traditae, addiscantur efficacius;
- ut credita, quae dicuntur, scholastica in studiorum curriculo acquirantur.

Caput III
Quod sit regionis munus

Regio pecuniam supeditat ad scholas de lingua cultuque latino aperiendas.

Sumptus in annum ponendos censet moderatorum» collegium, auctore assessore publicae institutioni procurandae, intra sexagesimum diem, quam tempore praestituto beneficiarii postularunt.

Concilium regionis decernit pecuniae supeditandae rationem, immutatis vel adiectis, quaecumque visum erit.

Caput IV
De beneficiariis

Beneficia hac lege decreta conferuntur in ludos, instituta seu publica seu privata, circulos atque consociationes eruditorum, sodalicia hominibus formandis, quaecumque scholas de lingua cultuque latino aperuerint.

Art. 5
Norme finanziarie

Agli oneri derivanti dall'attuazione della presente legge si fa fronte con i fondi stanziati nelle unità previsionali di base e relativi capitoli del bilancio regionale, anche apportando le eventuali modificazioni che si rendessero necessarie o con l'istituzione di apposite unità previsionali di base e relativi capitoli ai sensi di quanto disposto dall'art. 37 della L.R. 15 novembre 2001, n. 40 recante "Ordinamento contabile della Regione Emilia-Romagna, abrogazione delle LR. 6 luglio 1977, n. 31 e 27 marzo 1972, n. 4".

Caput V
Normae nummariae

Pecuniae suppeditandae ratio, hoc est in capitibus rationis regionalis, suppeditat sumptibus qui hac lege efficiuntur. Ea quae mutandae sunt efficiantur; instituantur ad hoc ipsum rationes suppeditatae Capite XXXVII legis regionalis ante diem septimo decimo kalendas decembres MMI numero quadraginta, qua dicit: "Ratio regionis aemiliae-romagnae, abrogatio legum regionalium pridie nonas julias MCMLXXVII numero triginta uno et a.d. sexto kalendas apriles MCMLXXII numero quattuor".
